Lettres du Roy.

Par lesquelles il remet les a plusieurs habitans et consuls de la ville de figeac toutte peines Civilles et Criminelles par eux encourues pour avoir contrevenu aux ordonnances sur les monnoyes excepté cependant les Cas ou ils auroient alloués fausse monnoye et tiré du Billon hors du royaume. Et sa Majesté declare quelle veut que les compositions faittes pour d'autres Coupables des d. Cas soient gardées.

Du mois de feurier 1354.

Joannes dei gratia

francorum Rex universis presentes litteras inspecturis salutem cum dudum super cursu monetarum tam nostrarum quam aliarum et modo recipiendi easdem per nos matura Consilii deliberatione prehabita Certa ordinationes facta fuissent et publicata in Regno nostro nec quis aliquam ignorantia Causam pratendere posset sub Certis modis et panis in ipsis ordinationibus declaratis plures que consules et habitatores villa figiaci forma ipsarum ordinationum non attenta sed eam potius Excedendo monetas nostras mercando et etiam alias prohibitas usque nunc posuerint et receperint ac

aliqui eorumdem qui super hoc nullam habebant potestatem billonem emerint et vendiderint, ac infra Regnum nostrum portaverint alias quam debuissent quo pretextu in penas in dictis ordinationibus contentis de multiplicitur ciderunt exquo ipsi Consules et habitatores nobis humiliter suplicari fecerunt ut super his misericorditer Cum eisdem agere dignaremur.

Notum facimus quod nos volentes dictos Consules et habitatores figiaci in facto hujus modi magis gratia et fauore prosequi quam rigorem seruare tali modo

quod nobi faciam et prestare tenea[n]tur pro facto guerrarum nostrarum subsidium modo et forma quibus alias facere consueverunt ex eorumdem supplicationem omnem penam criminalem et civilem quam ipsi incurrerunt seu incurrere potuerunt transgrediendo in premissis mandata seu ordinationes predictas eisdem et eorum cuilibet remisimus et quittavimus remittimus que tenore presentium et quittamus ac voce de nostra certa scientia et gratia speciali casibus tamen fabricationis emptionis vel venditionis seu allocationis et extractionis billonum facta comodo libet extra

Regnum pro Eosdem dum
Casas Exceptis.

Volumus etiam compositiones
seu financias si quam liber
Earumdem per quosdam de
dicta villa figiaci occasione
Transgressionis dictarum
ordinationum cum certis nostris
Commissariis super hoc ex
parte nostra deputatis factas
in suo robore permanere
nec est intentionis nostre
dictos qui Composuerunt et
financiauerunt ut pretangitur
in ista presenti gratia
quomodo Libet comprehendi.

Quocirca mandamus
Senescallo Petragoricensi
et Caturcensi ac vicario

figiaci, ceterisque justiciariis
nostris predictas seneschallias
et quibuscumque commissariis
seu reffirmatoribus deputatis
seu deputandis in hac parte
et loca tenentibus eorumdem
quatenus prefatos consules
et habitatores nostra presenti
gratia in casu predicto uti
et gaudere pacifice faciant
et permittant nec contra
formam nostre presentis
gratie ipsos ullus tenus
inquietent vel molestent
nostro in aliis et alieno
in omnibus jure salvo.

Quod ut firmum et stabile
perpetuo perseveret sigillum
castelleti parisiensis in
absentia nostri Magni

presentibus litteris duximus apponendum.

Actum parisiis anno 1354. Mense februarii.

Aliter sic signata per Consilium quo Erant domini Archiepiscopus Senonensis Beluacensis et Parisiensis Episcopi ac Dominus de Renello et propter quasdam additiones rescripta per Consilium Camere Compotorum quo Erant Dominus Episcopus Catalaunensis et Dominus de Renello.

Chapelle Bucy.